APÉNDICE

Donación que en la era de 1166 (año 1128) hizo á San Millán Don Sancho Fortúnez de Villaescuerna de la parte que tenía en San Felices de Ábalos y juntamente unas casas con toda su heredad, que tenía en la villa de Cenicero. Becerro gótico 117 vuelto. Becerro galiano 193 vuelto.

Sub nomine Christi redemptoris nostri: Ego igitur senior Sancio Fortuniones de Villaescuerna concedo et offero Deo, et Sancto Emiliano meam partem, quam habui in Sancto Felici de Dábalos pro remedio scelerum meorum, sicuti ego habui ad integritatem scilicet domum, terras, vineas, arbores, pomiferas, pascuas, exitus et introitus, sicuti habent coheredes mei, ut serviat sancto Emiliano iure perpetuo pro anima mea. Et in villa Cenisero dono unas casas (sic) *cum tota sua hereditate et pertenentia, et pascuis exitus et introitus, sicuti ego habui ad integritatem, ut sint sancto Emiliano iure perpetuo. Et siquis deinceps propinquorum meorum, scilicet frater aut filius, aut nepos, aut aliquis extraneus vel consaguineus hanc meam donationem in aliquo disrumpere aut retemptare voluerit, sit á domino Deo maleditus et confusus, careatque vtrisque lucernie anime et corporis, et segretatus sit á cetu omnium christianorum, et á sancta comunione, sit dimersus in inferno inferiori, et societur Jude traditori, et in cauto duas libras auri, et ipsam partem, quam ego offero, duplatam reddat sancto Emiliano. Facta carta in era millesima centesima sexagesima sexta. Ego Senior Sancio Fortuniones, qui hanc cartam fieri iussi, manum meam signum feci.* ✠ *et testes ad roborandum tradidi. Senior Fortun Fortuniones frater meus testio* (sic) *Lope Lopez meo sobrino testis. Gonzalbo Beilaz suo sobrino de Artesona testis. Sancio Fortuniones testis. Eximino Fortuniones frater eius testis. Domno Gomesano Abbate de Sancto Frelice testis. Omne Concilium de Dábalos auditores et testes. Et si aliquos omnes*

ista hereditate abstraxerint de Cenisero per indicio, paken meos filios et mea vxor ad sancti Emiliani in tali loco tanto in alio.

Donación que en la era de 1220 (año 1182) hizo á San Millán don Gimeno de Dábalos (ó Abalos) de la parte que tenía en el Monasterio de San Felices de Abalos, y además las partes que correspondían á sus hermanos D. Lope de Abalos, Pedro López, García López y Doña María López. Becerro Galicano 194 vuelto.

Sub Christi nomine et eius gratia. Ego Eximinus de Dábalos, pro remedio anime mee et uxoris mee et omnium parentum meorum dono et concedo totam meam partem, quam habeo in Monasterio Sancti Felicis de Dábalos, Deo et Sancto Emiliano, et tibi patri spirituali Ferrando Abbati, et omnibus fratribus tecum ibidem Deo servientibus omne integritate, ut serviat in eodem Monasterio per cuncta seculx, amen. Similiter dono et concedo partes fratrum meorum domni Lupi de Dábalos, et Petri Lopez, et Garsie Lopez, et domne Marie Lopez, quatinus intercessionibus beatorum, confesorum Emiliani et Felicis, suorum obtineant veniam, peccatorum. Ego Eximinus de Dábalos corroboro hanc donationen Monasterio Sancti Emiliani in capitulo in festo Apostolorum Petri et Pauli in presentia Roderici Episcopi Calagurritani, et Archidiaconorum suorum, videlicet Didaci Archidiaconi Naiarensis, et Sancii Alavensis, et Garsie Archidiaconi Calagurrensis, et Arnaldi Archidiaconi Berbericensis. Era millesima ducentesima vigesima. Testes Joannes Martinez de Dábalos, et frater eius Sancius Martinez, Garci Núñez de Dábalos, et frates suos Xemen Munnoz, et Fortun Munnoz, Don Jenego de Navaridas, Gonzalo Didaz de Fornillos, et Don Michael frater eius auditores et testes.

Los dos documentos anteriores del siglo XII existían originales en el archivo del Monasterio de San Millán de la Cogulla en la Rioja, de donde me remitió las copias mi amigo y nuestro Académico el benedictino Fr. Sigismundo Romero, archivero de aquel Monasterio.

M. F. DE NAVARRETE.